UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Societas Iesv Amatrix, Cultrix, Imitatrix, Christi Crvcifixi

**Sandaeus, Maximilianus**

**Antverpiae, 1647**

97. Dum recolit Cruciatus Christi Passi, se ad locu[m], ubi moratur, lacrymis perfundit, Gaspar Loartes, Hispanus.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-55449

Visual Library

## VII.

# AMATOR CRVCIFIXI

*Dum recolit Cruciatus Chriſti Paſſi, ſe ad locū, ubi moratur, lacrymis perfundit.*

97. GASPAR LOARTES Hiſpanus.

GASPAR LOARTES Hiſpanus, Vir pius juxtà ac doctus, grandis jam natu, & Doctor Theologus, & in pietatis officiis benè verſatus, auctore Joanne Avilâ, viro Apoſtolico, cujus diſcipulus fuerat, Societatem ingreſſus eſt; in quâ multos ad peculiarem erga CHRISTVM PASSVM devotionem excitavit. Certè, ipſe jam tum, cùm Avilâ Magiſtro uteretur, quaternas quotidie horas meditationi de Divinis rebus tribuebat.

Tam autem tenero ſenſu CHRISTI Salvatoris CRVCIATVS recolebat, ut lacrymis ſeque ac locum, in quo conſtiterat, perfunderet. Scripſit pro Amatoribus CRVCIFIXI, vel, ut multos ſui ſimiles faceret: *De Continuâ* PASSIONIS CHRISTI *memoriâ*. Item Meditationes de PASSIONE DOMINI. In quibus dum ſe exerceret quotidie, annis gravis, & bonis operibus plenus mortuus eſt, Valentiæ, Anno ſalutis M.D. LXXVIII.

*Nicol. Orland. Hiſt. Societ. 1. p. l. 12. num. 47. Litt. Hiſp. Elog. Vit. B. S.*